



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 76. Diversum Romæ iudicium de hisce Sanctionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI.

A.C. 1566.

§. LXXVI.

Diversum Romæ iudicium de hisce
sanctionibus.

Thuan. l. 39. Verum non æque omnibus Romanis tot Constitutiones arridebant; eorum equidem nonnulli Papæ studium de prædicabant, alii vero eundem immoderati zeli arguebant: nec deerant nonnulli, qui hæc leges Pastoralis officio, aut saltem Principis dignitati supremo Pontificatui annexæ contrarias esse spargerent, perinde ac si virtus, recta status administratio, atque ordinata disciplina non quamlibet hominum conditionem deceret, vel cum humanis dignitatibus conjungi haud posset: equidem Pontifex Pius V. de hisce variis sermonibus edocebatur, nihil tamen de suo zelo remittens respondit: *Fidamus in Deo, quo auctore, ita nos geramus, ut gravior Romanis nostræ mortis, quam electionis sit mæror.*

§. LXXVII.

*Quidam Judæus a Pio V. ad Christi
fidem conversus.*

Prateolus in Annal Eccl. Victorall. apud Ciac. tom. 3. p. 997. Hoc item anno feria tertia Pentecostes Pontifex Judæum oppido divitem nomine Eliam, antea Rabbinum, seu sectæ suæ Doctorem sacro lavacro abluit. Ferunt, quod Pius V. adhuc Cardi-